

temporis lapsu. Confert. & c. super quibusdam. Sp. præte-
rea, de verb. sign. Hinc dicitur cursu hoc immemoria-
lis temporis, acquiri dominium directum. Ita post Bald.
Alex. & Soc. Dec. in l. traditionibus, num. 11. C. de pact.
Curt. iun. in conf. 158. num. 12. Crau. in conf. 146. nu. 2.
& in tract. de antiq. temp. in 4. particula, quartæ partis
principalis, num. 24.
Huc facit, qd per multi affirmant, cursum huius imme-
moralis temporis operari, ut id quod ab initio præsumi
poterat vitiosum, ita coualidetur, ut de eius latenti vitio
quærendum amplius non sit, vt post Alex. in conf. 6. lib.
1. docuit Decius in l. quod initio, nu. 8. de reg. iur. Huc
facit, quod respondit Hier. Gabr. in conf. 198. nu. 1. lib.
2. cum dixit, ius patronatus iuxta dispositionem Conci-
lij Tridentini, sess. 25. c. 9. de reformatione, probari pos-
se ab eo, qui non est ex potentioribus, sola allegatione
tituli, vna cum cursu temporis immemorabilis Confert
quod tempus hoc immemorabile subtrahit vim priuilegij
concessi à Principe ex certa scientia. Ita Dec. in confil.
496. col. 2. post Bald. in cap. 1. col. 2. que sint regal. & esse
quoddam speciale priuilegium, post alios respondit So-
cin. iun. in conf. 49. num. 23. & latius in conf. 66. nu. 92.
lib. 1. sic & Curt. iun. in conf. 68. num. 1. & 2. in confil.
158. num. 11. Paris. in conf. 27. n. 33. lib. 1. Et idem Bald.
in conf. 257. Quæstio vertens. lib. 2. respondit, hunc tem-
poris cursum haberi pro veritate, & solemnij priuilegio.
Et Baldum secutus est Crau. in tractatu de antiq. temp.
in 2. particula quartæ partis principalis, num. 9. qui nu.
10. & 11. subiungit ex sententia Socini, non esse proprie
priuilegium, sed fictum, vel præsumptum, & illo in loco
commemoratur multos huius priuilegij effectus. Et acce-
dit Signorolus in conf. 70. num. 21. cum respondit, cen-
seri hoc priuilegium consensu, & voluntate præsumpta
principis concessum, dum tam diu acquieuit. Huc facit
quod respondit Bald. in conf. 315. lib. 1. & in confil. 24.
subtiliter, col. 2. lib. 4. hunc cursum temporis immemo-
rialis vim pacti obtinere, & Baldum secutus est Crau.
in conf. 592. num. 102. qui subiungit post Oldr. in conf.
172. col. 2. esse pacto fortiozem.
Extenditur primò, vt locum etiam habeat, quando
agitur de inducenda obligatione contra ecclesiã. Nam
adhuc sufficit iste temporis cursus, & absque alio titulo
specifico, cum is præsumatur cursu tanti huius tempo-
ris. Ita Baldus in conf. 257. Quæstio vertens, lib. 2. & in
conf. 24. subtiliter, col. 2. lib. 4. Castren. in conf. 423.
Paris. in conf. 27. num. 226. lib. 1. & in conf. 25. nu. 21. li.
4. Crau. in tract. de antiq. temp. in secunda particula 4.
partis principalis, num. 48. & Did. in d. c. possessor. par-
te secunda, §. 5. num. 2. vers. quinta conclusio. Et idem
ego ipse respondi in confil. 90. num. 68. lib. 1. vbi decla-
raui. Quam sententiam probat d. cap. 1. in fin. de præ-
scriptio. in 6. vt supra attigimus. Hæc tamen extensio de-
claranda est, secundum Paris. in d. confil. 2. num. 43. vbi
plura in discursu.
Cæterum dubitari hic contingit, an necessaria sit sal-
te tituli allegatio? Et necessaria non esse scripserunt
glo. Federicus Senen. Abbas, Calderinus, Io. Fabri, Gui-
do Papæ, Soc. sen. Iason, & Gozadin. quos recensuit, &
probanit Crau. præcitato in loco, num. 49. qui hanc esse
communem opinionem affirmavit. Eandem probauit
Didacus in lib. 1. variat. resolut. ca. 7. num. 10. & in cap.
possessor. parte 2. §. 3. numero 7. de regul. iur. in 6. qui
alios recenset. Idem ego ipse respondi in conf. 90. nu. 66.
lib. 1. & accedit Bero. in conf. 115. num. 25. lib. 1.
Hæc tamen recepta opinio locum non habet, qn agi-
tur de his quibus lex expresse resistit, & quæ quidem
solo temporis cursu etiam immemorialis præscribi non
possunt, vt puta data incapacitate præscribentis, sicuti
in laico, qui decimas ecclesiasticas, vel collationes be-

neficiorum obtinere non potest, c. quanto. de consuetu.
& c. 2. de præben. in 6. Hoc sanè calu, non sufficit solus
temporis etiam immemorabilis cursus, sed allegari debet
titulus, qui deinde probatur tam longaui temporis cur-
su. Ita scripserunt Alex. in confil. 74. num. 20. vers. acce-
dat quod voluit. lib. 4. Felinus in c. accedentes. colum. 5.
vers. sed re vera potius eligeret. de præscript. Curt. iun.
in conf. 150. num. 158.
Verum hanc Alexandri, Felini, & Curtij declaratio-
nem, dubiam admodum ostendit Crauet. in d. tract. de
antiq. tempor. in 2. particula quartæ partis princ. nu. 52.
Et rectè quidem. Nam si hæc allegatio tituli admittere-
tur, elusoria redderetur (vt inquit Crau.) dispositio leg-
gis, que prohibet præscribi etiam cursu immemoriali ea,
quæ possideri non possunt, sicuti laicus obtinere nõ po-
test decimas ecclesiasticas. Et rursus per indirectum ad-
mitteretur, quod directò permissum non est. Præterea
(inquit Crauetta) causa, ob quam quis tam diu percepit
decimas illas, allegari non potest, quia nulla est.
Rursus prædicta traditio, communisque Doctorum
conclusio, quod tituli allegatio necessaria minime sit, in
præscriptioe temporis immemorialis, locum habet in
præscriptioe, in qua interuenit actus positius, secus
verò in præscriptioe causata sola patientia, & negligẽ-
tia patris, nullo interueniente actu positio. Nam tunc
necessaria est tituli allegatio, maxime quando res est ma-
gni præiudicij. Ita felin. in d. c. ex officij, col. 5. in 4. limit.
de præscript. Qua de re dicemus infra in 4. cap. in tertio
casu, & hæc tituli allegatio sufficit, si virtualiter ex dedu-
ctis colligitur, vt respondit Cæphalus in confil. 342. nu.
83. vbi num. 93. scribit sufficere etiam si deducatur in al-
legationibus iuris.
Præterea recepta illa opinio, quod cursus temporis
immemoralis vim tituli habeat, non procedit, qn de
titulo ipso vitioso apparet. Ita Castren. in confil. 423.
ex puncto transmissio, col. 2. lib. 2. Bellam. in conf. 10. col-
lum. 10. vers. item & aliter respondeo. Crau. de antiq.
tempor. in secunda particula quartæ partis principalis,
num. 60. vers. contrarium, quod non viuet. & Didac.
in c. possessor. parte 2. §. 8. num. 4. ad finem, de reg. iur. in
6. Et huc pertinent, quæ de solemnitate non præsumen-
da apparente ipso actu minus solẽni, differemus in sub-
sequenti præsumptione.
Est præterea obseruandum, quod præsumptio, que in-
furgit ex hoc cursu temporis immemoralis, & est iuris
& de iure, & propterea non admittit probationẽ in con-
trarium, quemadmodum respondi in conf. 90. num. 67.
lib. 1. vbi huius opinionis quamplures recensui. & acce-
dit Bero. in conf. 115. nu. 31. lib. 1. Et si aliqui existimãt,
hanc non esse præsumptionem, sed potius fictionem, que
idem quo ad hunc effectum operaretur.
Secundus est casus huius secundi capituli, quãdo agi-
tur de inducenda obligatione, & allegatur solus cursus
minoris temporis, quam eius, cuius initij memoria non
est in contrarium, sed tamen tempus longissimum est,
vt est illud triginta, & 40. annorum. Hoc etiam in casu
sufficit hoc tempus ad inducendam obligationem, etiã
ratione futuri temporis. Ita sensit Bar. in l. solent. §. 1. in
fi. ff. de offic. procons. & leg. cum dixit, quod si quis ser-
uiuut nobili tanquam eius vasallus longissimo tempore,
hoc est triginta, vel 40. annis, in futurum tenetur. Idem
docuit Bald. in l. malè agitur, C. de præscr. 30. vel 40. an-
nor. Et Bart. & Bal. secuti sunt Franc. Balbus in tract. de
præscrip. in prima particula tertie partis principalis, q.
10. num. 34. & in 4. particula quartæ part. principal. q. 9.
& q. 11. nu. 3. Gozadin. in conf. 9. nu. 7. & nu. 8. Modest.
Parisien. in commentarijs ad consuet. Parisenses, in tit.
1. §. 7. nu. 21. & Didac. in c. possessor. parte 2. §. 4. n. 3. & 5.
Et ij quidẽ adducti sunt, l. cum notissimi, & l. licet, C. de
præscr. 30. vel 40. annorum. Et huius sententiæ ratio est,
quia

52 quia titulus nec varius non est in præscriptione tri-
ginta annorum, sed sola ipsa bona fides sufficit, sicuti scri-
bunt omnes in cap. si diligenti, de præscripti. Balbus in d.
tract. de præscrip. in 2. partic. tertie partis princip. q. 6. &
Didac. in d. c. possessor. parte 2. §. 5. num. 2. vers. 2. concl.
Extenditur hic casus, vt locum habeat, etiam quo ad
35 ea, que maximi sunt præiudicij. Ita post alios scribit Di-
dac. in d. c. possessor. parte 2. §. 4. num. 5. de reg. iur. in 6.
Exemplum afferri potest in illa obligatione subiectio-
nis, & vasallagij, sicque in feudo. Idem in emphyteusi,
si quis enim vt emphyteuta rem aliquam possedit, & sol-
uit annuam aliquam præstationem per 30. annos, cen-
setur effectus perpetuus emphyteuta. Ita Bart. in l. litibus,
num. 2. C. de agricol. & censit. libr. 1. & copiose scripsi
supra hoc libro in præsumpt. 108.
Tertius est casus, quando agitur de inducenda obli-
gatione, & allegatur solus cursus decem vel 20. annorũ,
Hoc in casu recepta est Doct. sententia, hunc temporis
54 cursum non sufficere ad inducendum titulum, seu obli-
gationem, respectu temporis futuri. Ita Bart. in d. l. cum
de in rem verso, col. 3. nu. 2. vers. 1. casu, ff. de vsur. & ibi-
dem Florian. nume. 9. vers. sed si fundat, & Salic. num.
3. in fin. & num. 5. Curt. iun. in l. si certis annis, num. 14.
vers. circa gl. C. de pact. Franc. Balb. in tract. de præscr. in
1. particula tertie partis principalis, q. 10. num. 7. vers. 1.
aut verò. Didac. in d. c. possessor. par. 1. §. 4. num. 2. vers.
ex qua. & Vafq. in commentarijs controuersiarum illu-
strum, c. 84. nu. 41. idem sensit. Et motus est Bar. primò
text. leg. operis, ff. de oper. liber. cuius verba hæc sunt,
operis non impositis manumissus, etiam si ex sua volun-
tate aliquo tempore præstitit, compelli ad præstandas
quas non promissit, non potest. Dixit Modestinus aliquo
tempore, significans solum vsque ad decennium, cum vl-
terius tempus (vt diximus superiore casu) inducat obli-
gationem, vt interpretatur Bar. sic etiam intellexit Cur.
iun. præcitato in loco.
Secundò suffragatur l. obligationum ferè, §. placet, ff.
de act. & obliq. quo loci dixit Paulus, tempus solum non
sufficere ad tollendum obligationem, ergo nec ad eam
55 inducendam, quod intelligi debet de decennio, & vi-
cennio, iuxta ea que diximus supra.
Tertiò huc facit l. creditor, C. de vsur. Creditor (in-
quit Antoninus) instrumentis suis probare debet, quæ
intèdit, & vsuras se stipulatum, si potest. Nec enim si ali-
quando ex consensu præstitit sunt, obligationem consti-
tuunt. Dixit aliquo tempore Antoninus, sentiens vsque
ad 10. vel 20. annos, non autem vltra, sicuti sensit Bar. &
vt etiam intellexit Cur. iun. in loco supr. commemorato.
Quartò confert l. vlt. C. de præscr. longi tempor.
Quintò, huc pertinet ratio considerata à Bart. in d. l.
56 cum de in rem verso, num. 10. cum dixit, qd vsus præsta-
tionis non producit effectum, nisi ad illud tantum, quod
est factum, vel ad id, quod necessariò infertur ex illo, l.
1. §. si quis hoc interdico, ff. de itin. actusq. priu. vbi Bart.
& scripsi in tract. de recup. poss. in remed. 5. nu. 64. Cum
ergo vsque ad decennium, vel viginti annos id præstite-
rit, intelligitur quidem donasse præterita, non autem se
obligasse respectu temporis futuri, cum à lege nihil sit
causa cursus huius temporis sancitum, sicuti statutum
est de longissimo tempore, vt superiore casu.
Quartus est casus, quando agitur de inducenda libe-
57 ratione, & allegatur solus cursus tẽporis, & ius ipsum
commune resistit. Hoc sanè in casu liberatio nunquam
inducitur. Ita Bart. in d. l. cum de in rem verso, nu. 2. que
sensit sunt Florian. ibid. nu. 2. vers. aut ad inducendam.
Et adductus est Bart. tex. l. competit, C. de præscr. 30.
vel 40. annor. & tex. cap. 1. de præscrip. in 6. quæ explicaui
supra in vltimo casu primi capituli.
Quintus est casus, quando agitur de inducenda libe-
58 ratione, cui ius commune non resistit, & allegatur so-

lus cursus temporis. Hoc in casu liberatio inducitur se-
cundum naturam actionum, quia quedam tolluntur 40.
quædam 30. quædam 10. ann. iuxta l. scit, & l. omnes,
C. de præscr. 30. vel 40. annor. & l. c. u. sex, ff. de adil. edit.
ac l. 1. ff. de diuers. & temp. præscr. Ita Bart. in d. l. cum de
in rem verso, num. 2. ver. aut ius commune non resistit,
ff. de vsur. & ibid. Salic. nu. 9. vers. sed si non resistit.
Tertium est huius disputationis caput, quando agi-
tur solummodo de præsumendo titulo, in quo quis fun-
dat intentionem suam, & ad præsumendum, sicque pro-
bandum ipsum titulum, adducit diuturnam præstatio-
nem, sicque allegat cursum temporis. Hoc caput à præ-
cedenti differt. Nam in illo agitur, quando temporis cur-
su inducatur titulus, sicque obligatio, in hoc verò, quan-
do titulus ipse præsumatur tantummodo. Distinguendi
hic sunt aliquot casus, & aliter quidem ac fecerit Bar. in
d. l. cum de in rem verso, num. 3. & 7.
Primus est casus, quando agitur de præsumendo titu-
lo ad præiudicium illius tantum, qui vniformiter aliquod
præstitit multos annos, vt ratione rei, sicque realiter etiã
59 in futurũ præsumatur obligatus. Hoc in casu per præ-
stationem decennalem præsumitur hic titulus, & obli-
gatio etiam respectu futuri temporis, vt scilicet in futu-
rum ille teneatur. Exemplum afferri solet in rustico, qui
per decennium præstitit vnum par caponum nobili, cau-
sa prædij quod ab eo colendi causa obtinet. Hæc sane de-
cennalis præstatio, præsumptionem inducit tituli obli-
gationis præcessisse, hoc est, rusticum ipsum iam eo tempo-
re quo colere cœpit agrum, promississe nobili quotannis
præstare capones. Hanc sententiam probarunt Bart. in
d. l. cum de in rem verso, num. 14. vers. sed si non soluisset
simpliciter, & ibidem Fulg. nu. 9. vers. aliquid solui-
sti. Florian. nume. 11. & Salic. nu. 4. & apertius num. 11.
Ita etiam Bald. in l. cum falsa, num. 5. C. de iuris, & facti
ignor. in l. si certis annis, nume. 6. C. de pactis, & ibidem
Salic. col. vlt. Iason num. 7. Dec. nume. 2. Iacobinus à S.
Georgio num. 12. & Curt. iun. num. 12. Butrius in c. per-
uenit, num. 15. de cens. Cast. conf. 51. in causa spectabi-
lium, lib. 2. Comen. in conf. 158. nume. 3. Abbas in conf.
6. num. 3. lib. 2. Alex. in conf. 113. col. 2. in conf. 75. in fi.
& in conf. 124. num. 1. & 2. lib. 4. Balbus in tract. de præ-
scrip. prima partic. tertie part. princ. q. 10. nu. 20. & 22.
Rube. in conf. 13. nume. 7. Moder. Paris. in tract. de vsur.
q. 20. num. 207. Ruin. in conf. 61. nu. 11. in conf. 75. nu.
6. lib. 1. Gozad. in conf. 4. num. 28. Didac. in c. possessor,
par. 2. §. 4. nu. 2. de reg. iur. in 6. & Fernandus Vafquius
in commentarijs controuersiarum illustrum, c. 61. n. 3.
Et hæc quidem recepta sententia probatur, primo eo
not. responso Papi. in l. cum de in rem verso, ff. de vsur.
quo loci Papinianus sic respondit. Cum de in rem verso
cũ hærede patris, vel domini ageretur, & vsurarum que-
stio moueretur, Imperator Antoninus idẽ soluendas
vsuras iudicauit, quod eas ipse dominus, vel pater lon-
go tempore præstitisset. Imperator quoque noster Seue-
rus filia Flauij Athenagoræ, cuius bona fuerant publi-
cata, de fisco ideo numerari decies centena dotis nomi-
ne iussit, quod ea patrem præstitisse dotis vsuras, alle-
gasset. Hactenus Papinianus, cuius manifestus est sen-
sus, quod diuturna, hoc est decennali præstatione vsu-
rarum, præsumatur titulus obligationis etiam pro futu-
ro tempore. Nec huic receptæ interpretationi repugnat
consideratio Angel. in l. si certis ann. col. 6. de pact. cum
dixit, in d. l. cum de in rem verso agi solum de vnica præ-
statione, non autem de pluribus. Nam respondetur, Pa-
pinianum locutum esse de pluribus præstationibus, nõ
autem de vna tantum, quæ non sufficit, sicuti aduersus
Angelum scribunt Salicetus in d. l. cum de in rem verso,
nume. 12. qui Angeli interpretationem tribuit antiquo
Doctori, sic, & Dec. in d. l. si certis annis in fine. C. de pa-
ctis, & alij multi, quos referam infra in quarta declara-
tione

ratione huius casus. Non hic repetam rationes, quib. Salic. & Decius rejiciunt hanc Angeli interpretationem, cum apud eos facile legi possint. Non etiam obstat illa consideratio eiusdem antiqui Doctoris commemorati à Saliceto in d.l. cum de in rem verso, col. pe. vers. restat. mihi. Et idem dixerunt Ang. in d.l. si certis annis, C. de pactis. & Fulg. in d.l. cum de in rem verso, tacito Angel. nomine dixerunt ij, Papinianum respondisse de qualitate obligationis præsumenda ut scilicet præsumatur, quod p. cunia mutuata filio, versa fuerit in patris vilitate rem, quando pater ipse diu persoluit ipsius pecuniæ vsuras. Dixit enim Papi. Cum de in rem verso, &c. atque ita dubitatum fuit apud eum, quâdo præsumeretur pecunia versa in patris vilitatem. Hanc interpretationem, suppresso antiqui auctoris nomine sibi vendicavit Duerenus in comment. ad tit. de vsur. Respondetur ex sententia Saliceti præcitato in loco, ac etiam aliorum, quos secutus est Iacobinus in d.l. si certis annis, num. 12. quod quovis modo proponatur facti species, semper idem est, si dicimus, quod consulens Papinianum narrabat, quod ipse agebat contra heredem patris, vel domini, ex mutuo dato, filio, vel seruo, & petebat certas vsuras, tanquam sibi solemniter à patre ipso promissas. Hæres vero negabat vsurarum promissionem, & consequenter ipsarum obligationem, vel negabat omnia. Ex textu enim non constat, an negaret mutuum, & versionem, vel ea fateretur, sed solum dixit Papi. fuisse dubitatum de præstatione vsurarum. Et subiungit, quod mutuator probavit diurnam præstationem vsurarum à patre factam. Ideo respondit Papi. Antonium iudicasse, vsuras deberi. Vnde, inquit Salicetus, siue intelligamus de vsuris solis iudicatum, apparet, præsumptione probatâ fuisse substantiam obligationis vsurarum, & eius promissionem, siue etiam intelligamus, quod de omnibus iudicaverit Imperator, hoc est de mutuo, de versione in rem patris, de vsurarum stipulatione, & promissione, multo magis ob diurnam præstationem præsumitur ipsa obligationis substantia.

Secundò probatur hic casus tex. l. i. in princ. C. de agric. & censit. lib. 1. i. ibi in illa parenthesi, sic scripta. Eos tamen dicimus, qui non ex longo, prolixoque tempore, vel longinqua, & inueterata reddituum susceptione sufficientem habent cautelam, in quibus casibus nec contradicendi quidem licentia colonis relinquitur, longi temporis præscriptione, vel reddituum frequentissima consequentia, colonorum impetum excludente.

Tertiò accedit secundum Salicetum in dict. l. cum de in rem verso, num. 4. vers. & ratio potest esse, ff. de vsur. quod eo casu concurrunt quatuor rationes. Prima respicit solventem, & sic causam, quia nemo præsumitur iactare suum, solvens ergo præsupponit, & affirmat obligationem. Secunda ratio respicit finem, Nam solutio hæc decennalis facta est ad liberationem obligationis, atque ita illam supponit. Tertia respicit materiam, siue causam, cum enim soluerit ut debitum, præsupponit materiam, & causam debiti. Quarta ratio respicit formam, Nam reiteratio frequens inducit frequentem recognitionem, ob id contrauenire non debet, argu. l. generaliter, C. de non nu. pec. & l. si mulier, ff. ad Vell. cum simi. alleg. à Salic.

61 Extenditur primò hic casus, ut locum etiam præ habeat aduersus ecclesiam, quoad res temporales. Si enim illa, seu eius Prælatus per decennium aliquid alieni, titulo aliquo præstitit, præsumitur is titulus verus, atque ita præsumitur ecclesia in posterum obligata, eandem præstationem facere. Ita extendunt Sal. in d.l. cum de in rem verso, nu. 1. de vsur. Alex. in d.l. si certis annis, C. de pact. & ibidem Rim. sen. nu. 9. Ias. num. 14. & Alc. in tract. de præsump. reg. 1. præsump. 32. in fin.

62 Ea ratione ij moti sunt, quia ecclesia præ quo ad res temporales, vitur iure communi, & scribunt gloss. in cap. peruenit. de censibus. & Doct. in c. vlt. de solut. in cap. 1. de alien. feudi.

Et præterea accedit secundum Dec. quod dispositio generalis comprehendit etiam casum privilegatum, l. in fraudem. §. vlt. ff. de milit. testa. & dicemus in sequenti extensione. Cum ergo dispositio huius casus sit generalis, ecclesia, quoque et si aliqui privilegiata, censetur comprehensa. Quæ sanè consideratio non multum ad

64 rem nostram pertinet, cum lex civilis præ rebus ecclesiæ statuere non possit, cap. ecclesiæ S. Mariae, vbi Dd. de cõstit. Et propterea ipsemet Dec. præcitato in loco hac de extensione ob id dubitat, quod et si prælatum negligenter do possit præiudicare præ ecclesiæ, cap. verum, vbi Doct. C. de cond. apposit. Attamen præiudicare nõ potest aliquid faciendo, cap. venerabilis, de except. & respondi in conf. 39. nu. 26. lib. 1. Verum responderi potest, quod &

66 si Prælatus sine iusta causa, & sine debitis solemnitatibus obligare non possit ecclesiam, attamen si iustam ob causam, & solemniter id facit, eam obligat, ut in specie sensit Ruin. in conf. 156. num. 22. lib. 1. scripsi in conf. 30. nu. 15. lib. 2. & in discursu d. conf. 39. At lex propter decennalem præstationem, præsumit solemnem obligationem præcessisse, ut diximus, sequitur ergo dicendum præsumi, quod is Prælatus iusta de causa, & solemniter obligauerit ecclesiæ bona. His insertur, quod si qui per decennium præstitit ecclesiæ pensionem pro re tanquã emphyteutica, præsumptio sumitur, quod res pro tali fuerit iam concessa. Ita post Baldum, & alios tradit Dec. in d.l. si certis annis, nu. 15. latè scripsi supra in præf. 108.

68 Extenditur secundò, ut hic casus locum præ habeat etiam in fisco. Ita Ias. in d.l. si certis annis, num. 14. vers. & per hoc, C. de pactis, & ibid. Dec. nu. 13. Et accedit Flor. in d.l. cum de in rem verso, n. 5. qui post Butrig. dixit, quod si quis alleget sibi concessum fuisse pedagium à principe, & ad tituli probationem allegat diurnam exactionem, sufficit. Idem scripsit Sal. ibid. q. 7. Et probat is tex. d.l. cum de in rem verso, in fin.

69 Et præterea accedit, quod si fiscus à pari procedit cum quouis privato, cum iure communi vitatur, nisi in casibus expressis à iure, ut scribit gloss. in l. item veniunt, §. in priuatorum, ff. de pet. hered. & in specie Sal. in d.l. cum de in rem verso, num. 2. & scripsi supra in lib. 2. præsumpt. 72. nu. 3. & nouè tradit doctissimus M. Ant. Peregrinus Patavinus in tract. de iur. & privileg. filii, lib. 6. tit. 1. nu. 1. Cum ergo in specie nostra non reperitur fiscus privilegiatus, sequitur dicendum, eum contineri sub hac generali legis dispositione, & præsumptione.

70 Extenditur tertiò, ut locum habeat etiam in rusticis, & muliere. Ita Pileus antiquus glossator in suis questionibus, q. 21. in fi. Bar. in d.l. cum de in rem verso, nu. 14. ff. de vsur. & l. i. litibus. C. de agric. & censit. lib. 11. Baldus in l. si certis annis, col. pen. C. de pact. Castr. in cõst. In causa spectabilium virorum, nu. 3. lib. 2. Alex. in conf. 142. nu. 2. lib. 4. Ias. in §. præiudiciales, num. 56. in sit. de act. & in d.l. si certis annis, num. 6. vers. 3. extende, C. de pact. & ibidem Dec. Idem affirmant Franc. Balbus in tract. de præscr. in tertia parte principali, q. 10. versic. & an illa lex. Modern. Paris. in tract. de vsuris, q. 20. n. 207. & Did. in c. si possessor, in secunda parte, §. 4. nu. 2. vers. tertiò probatur, de reg. iur. in 6. qui testatur comunè esse opinionem. Et ij moti sunt text. d. l. litibus. C. de agric. & censit. lib. 11. qui colonis, & agricolis sic statuit, ut supra commemoravi Imperatoris verba. Verum à prædictis dissentient Cyn. in d.l. si certis annis, q. 5. Specul. tit. de rest. spol. §. nunc dicendum, vers. quid dices. Bald. in l. solent, §. 1. ff. de off. Proconsul. & leg. & inc. 1. §. 2. quid sit inest. Rom. in l. quatin aliena, in prin. ff. de acq. her. Guido Papæ q. 408. Alex. in conf. 30. in fin. lib. 5. Barbat. in conf.

in conf. 8. col. 12. ff. 2. Soc. sen. in conf. 145. col. 2. nu. 2. lib. 1. & in tract. de benef. in tit. de remedijs præferu. contra p. stem, num. 243.

71 Extenditur quarto, ut locum habeat, etiam si is, qui per decennium præstitit, per aliud decennium desit præstitare. Nam adhuc censetur obligatus in futurum præstitare. Ita Sal. in d.l. cum de in rem verso, num. 12. ff. de vsuris. Est ratio, quia elapso illo primo decennio, acquisitum fuit ius ei, cui facta fuit præstatio, quod sanè ius non tollitur, & si desit præstare, ex quo abest titulus, & est actus priuatius, non autem positius, qui nihil inducit, ut diximus supra.

72 Declaratur primò hic casus, ut locum habeat, quando titulus ipse, siq. obligatio, & causa allegatur: secus si non allegatur. Nam necesse habet, qui titulo hoc fulciri vult, ut illum deducat, & alleget. Ita in specie tradit Bald. in d.l. si certis annis, C. de pact. & ibidem Ias. col. vlt. vers. 4. limita, & ibidem Iacobinus nu. 22. in fine, & alios commemoravi supra lib. 1. q. 48. nu. 20. Et hæc quidem allegatio, atq. deductio fieri debet in libello. Ias. in d.l. si certis annis, col. pen. vers. 2. limita. & scripsi in d. lib. 1. q. 53. Et præterea accedit, quod specifica, & clara esse debet hæc allegatio. Ita Franc. Balbus in tractat. de præscrip. in 1. particula tertiæ partis principalis, quæst. 10. num. 19.

Idem decidit Guido Papæ in q. 408. quem secutus est Crauet. in conf. 226. num. 3. qui scripserunt, esse allegandam causam, seu titulum in specie idoneum, & sufficientem: Et huc facit quod scripsit Gomez. in regula cancellaria, de trienniali possessio. quæst. 26. col. antepen. vers. est tamen super hoc, cum dixit, præsumptum illum titulum, qui ex trienniali possessione oritur dicitur, esse in specie allegandum.

73 Et deduci ac probari debet, quod ille præstationes annuatim factas, fuerint specificè factæ ob hæc causam. Ita Salic. in d.l. si certis annis, col. pen. vers. quarto dixi, C. de pactis. & in l. cum de in rem verso, num. 6. ff. de vsuris. Alex. in conf. 113. num. 2. lib. 1. Ruin. in conf. 61. num. 11. & in conf. 75. num. 5. lib. 1. & Crauet. in tract. de antiq. temp. in secunda particula quartæ partis principalis, n. 55. & latius explicat Balbus in tract. de præscriptionib. in 1. particula tertiæ partis principalis, q. 10. nu. 22. Et huius quidem traditionis ea est precipua ratio, quia nisi allegetur in specie præstationes fuisse factas ob causam illam, sequeretur quod aliam ob causam possent esse factas, atque ita allegatio, & probatio non concluderet, quia esset dubia, iuxta l. neque natales, C. de probat.

74 Declaratur secundò, quod licet ex hac præstatione decennali præsumatur iustus titulus, iustaque ipsa causa allegata præstationis, attamen cū hæc sit sola præsumptio iuris, ut sensit Bar. in d.l. cum de in rem verso, ff. de vsur. & manifestus Galliula in l. 1. in princ. nu. 30. ff. de verborum obi. & ibidem Soc. iun. n. 40. & Albertus Bolognetus in rubr. ff. eo, de verb. obligat. c. 29. nu. 4. ob id contrarium probari poterit, quod scilicet præstationes ea de causa soluta non fuerint. Ita tradunt Cyn. in d.l. si certis annis, q. 10. C. de pact. & ibidem Ias. colum. vlt. vers. 3. limita, Dec. nu. 15. vers. & ista conclusio, idem sensit Baldus in l. cum falsa, num. 5. C. de pact. & facti ignot. Idem affirmant Alex. in conf. 113. num. 4. lib. 1. Fel. in c. sicut, numer. 30. de re iudicata. Balbus in tracta. de præscript. in prima particula tertiæ partis principalis, q. 10. num. 14. vers. limita. Vasquez in tract. controuersiarum illustrum, c. 84. nu. 41. & Did. in c. possessor, in 2. parte, §. 4. nu. 2. vers. 2. ab ea, de reg. iur. in 6. Et huc etiam pertinet quod docuit Dec. in l. 1. in 3. lectura, nu. 79. C. qui admitti. cum post Castresem dixit, præsumptione, quæ

75 insurgit sensu temporis recedi, quando constat de veritate in contrarium, ut si constat de ipso titulo inuálido. Idem respondit Ruin. in conf. 156. num. 16. lib. 1.

His declaratur regula cancellaria de trienniali possessore, quæ dum tuetur eum, qui possidet beneficium per triennium, pro eo præsumitur, quod iuste possideat, attamen cõtrarium probari potest. Ita Dec. in d.l. si certis annis, nu. 16. C. de pact. post Felinum in c. cum Bertoldus, de re iud. Adde eundem Fel. in c. sicut, num. 31. de re iud. & Castadorum in commentarijs ad regulas cancellaria, quæst. 8.

76 Declaratur tertiò, ut locum non habeat hic casus, quando contra eum, qui decennalem præstationem recepit, repugnat aliqua legis dispositio. Nam tunc titulus, & causa præstationis ab eo allegata, non præsumitur vera solo cursu decennali. Ita Bar. in d.l. cum de in rem verso, nu. 7. vers. aut ius commune restitit, & cum eo senserunt alij, quos statim referam. Affertur primùm exemplum, ut si laico per decennium præstita fuerit decime Ecclesiasticæ, vel quid simile ad ecclesiam pertinens, cuius capax non est regulariter ipse laicus. Et si enim dictum fuit eam præstationem fieri causâ emphyteutis, vel alia de causa, attamen causa illa non præsumitur vera, & iusta per solam ipsam decennalem præstationem. Ita Cyn. in d.l. si certis annis, quæst. pen. C. de pact. & ibidè Ias. col. vlt. vers. 7. limita, & Decius num. 17. qui alios plures commemorant. Idem scripsit Did. in lib. 1. var. resolut. c. 17. num. 6. in fin.

Et prædicta comprobantur traditione Crauetæ in tract. de antiq. temp. in 2. particula quartæ partis principalis, nu. 52. quem commemoravi supra in prima extensione secundi capitis. Scribit eo in loco Crauet. aduersus Alex. Fel. & Cyprium iuniorem, quod quando lex resistit, ut laico ne possideat decimas ecclesiasticas, vel beneficiorum collationem, nec præstationem quidem immemorabilem sufficere, nec allegari illam posse, ut laicus in futurum eam consequi possit. Non hic repeto iam dicta, & temporis diurnitate non præsumi titulum in beneficiis, scribunt multi congesti à Tiraq. in tract. de præsumpt. §. 1. gl. 4. vers. sed huic sententiæ.

78 Secundum est exemplum in Episcopo, qui asserit habere ius percipiendi decimas in diecesi alterius Episcopi, ob id, quod diu percepit, hoc enim non sufficit. Ita post alios Did. in d. lib. 1. var. resolut. c. 17. nu. 7. & in specie nostra Balb. in tract. de præscr. in 1. part. 3. partis principalis, q. 10. num. 9.

79 Tertium est exemplum, quando quis allegat titulum cui præsumptio ipsa iuris repugnat, ut puta titulum donationis. Nam is titulus verus, & iustus nõ præsumitur sola decennali præstatione, ut in posterum is, qui præstitit, soluere, & præstare cogatur. Ita gl. in l. solent, §. vlt. ff. de offic. Proconsul. & leg. quam sic intellexerunt Bald. in l. vlt. C. de statu defuncti. Salic. in l. si certis annis, q. 5. C. de pact. & ibidem Ias. col. vlt. vers. 10. limita. Modernus Paris. in commentarijs ad consuetu. Paris. tit. 1. §. 7. num. 20. Hinc docuit ad rem nostram Bart. in dict. §. 1. cum de in rem verso, num. 14, quod si rusticus sine causa, & titulo præstitit nobili per decennium capones non inducitur obligatio respectu futuri temporis, quia et si rusticus præsumatur in præteritum donasse, non tamen idem præsumitur quoad futurum se obligasse ad donandum. Et Bart. secuti sunt Flor. in d.l. cum de in re verso, num. 11. & ibidem Salic. num. 11. & alij quos retuli in libr. 2. de arb. tr. iudicum. Casu 160. num. 17. & in conf. 201. num. 64. libr. 3. quo loci post alios scripsi, nec quidem cursu temporis immemoralis ius aliquod acquiri huic domino.

Hoc tamen exemplum improbavit Dec. in d.l. si certis annis, num. 18. C. de pact. post Salicetum in l. filia. C. famil. eriscund.

Quartum adduci potest exemplum, quando quis allegat titulum, qui à lege habetur pro non titulo, ut si quis diceret, se diu fuisse hospitatum in aliquius domo, & pro-